Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Non accedet ad te malum: & flagellum non
appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam
angelis suis mandauit de te: ut custodiant te.
in omnibus uiis tuis. In manibus portabunt
te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
Super aspidem & basiliscum ambulabis: & con
culcabis leonem & draconem. Quoniam in me spe
uit liberabo eum: protegam eum. quoniam cognouit
nomen meum. Clamabit ad me & exau
diam eum: cum ipso sum in tribulatione.
eripiam eum: & glificabo eum. Longitu
dine dierum replebo eum: & ostendam illi
salutare meum. Ps xcii.
Bonum est confiteri dno: & psallere
nomini tuo altissime. Ad annunti
andum mane misericordiam tuam: et
ueritatem tuam per noctem. In decacordo
psalterio: cum cantico in cythara. Quia
delectasti me dne in factura tua: & in operib
manuum tuarum exultabo. Quam magni
ficata sunt opera tua dne: nimis profunde